

contraire presumpserit, a loco suo et civitate tam diu proscribi debet, quousque ab eiusdem loci iudice et consulibus revocetur. Sed quecumque sepe dictarum<sup>b)</sup> civitatum aliquam causam inierit faciendo non mediante consilio reliquarum, huic facto operam dare quamlibet denegabunt. In huius autem facti tam discreti et utilis confirmationem et testimonium presentem litteram dedimus communitam nostrarum civitatum sigillorum indicio, ut si aliqua tam sepe dictarum civitatum acti huiusmodi normam et formam, quod absit, transgredi vellet, haberet contra se testimonium reliquarum.

a) siquis (A) b) sepe dictarum (A)

**26.** Propst, Priorin und Konvent des Nonnenklosters Eisenberg beurkunden die Stiftung einer ewigen Frühmesse in der Pfarrkirche zu Zwickau durch den Zwickauer Bürger Heinrich von Saalburg.

1291 November 4

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx<sup>1</sup> 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 5v<sup>(Sp. 2)</sup>–6r<sup>(Sp. 2)</sup> (14. Jh.) (B), Rubrum: Privilegium misse altaris s. crucis. — Edition: Weller, *Altes aus allen Theilen der Geschichte II*, S. 730 f. — Regest: *Regesten Eisenberg*, S. 344, Nr. 70. — Anm.: Vgl. Nr. 128. — Zur Sache: Kahleyß, *Bürger und Kirche*, S. 385, 484 f., 571.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Heinricus divina miseracione prepositus, Mechthildis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Ysenberch omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Recognoscimus, | quod divine miseracionis intuitu sancteque dei genitricis Marie nec non ad instancias humiles et assiduas cari nostri Heinrici de Salburch civis in Zwickouwe quin etiam in restaurum elemosinarum sanctarum, quas idem Heinricus nostre copiose largitus est ecclesie ob memoriam suorum carorum fidelium defunctorum et sui ipsius<sup>a)</sup> ac<sup>b)</sup> uxoris eius, cum morte preventi fuerint vel sublati, ad missam perpetuam in parrochiali ecclesia Zwickouwe in hora matutina, id est in mane, cantandam civitati ac civibus ibidem obligamur in hiis scriptis de pia permissione domini venerabilis patris nostri Brunonis Nuenburgensis episcopi nec non de bona unanimi et communi nostri conventus voluntate, sed quia ad divinum officium usitata consuevit auctoritas populum fide christianum campanis invitare seu cimbalis<sup>c)</sup>, igitur prefatus Heinricus, ut campanatori<sup>d)</sup> sive ecclesiastico pulsanti ad hanc missam de suis laboribus condigna mercede respondeat, apud nos emit modium siliginis ipsi campanatori<sup>d)</sup> de nostra curia in Zwickouwe in festo Michahelis perpetuo per sacerdotem nomine nostro ibidem ministrantem persolvendum, ita ut nec transmutacio vel ipsius loci transplantacio vel in ipsum locum facta, quod non presumimus, hoc divinum obsequium et domini cultum aliquo modo auferat aut inmutet. Impossibiliter enim vicissitudo temporum in eum cadit aut eius obsequia, qui temporibus dedit inicia et permanet ab eterno, ad huius ergo facti firmitudinem, quam sepe turbo livoris aut oblivionis emacerat, hanc litteram civibus ac civitati in Zwickouwe damus sigillo venerabilis patris et domini nostri Nuenburgensis episcopi consensum ipsius experimentis preterea nostri conventus ac nostro sigillo communitam, ne per aliquem